



Formulae Benedictionum

Pro sacerdotibus:

Exaudiat te Dominus in die tribulationis. * Protegat te nomen Dei Jacob. * Mittat tibi auxilium de Sancto. * Et de Sion tueatur te. * Memor sit omnis sacrificii tui. * Et holocaustum tuum pingue fiat. * Tribuat tibi secundum cor tuum. * Et omne consilium tuum confirmet. *Ps. 19, 1.s*

Benedictio . . . Pax . . .

Pro clericis:

Adaugeat super te gratiam Suam omnipotens et misericors Deus, ut in omnibus virtutibus, quibus Ipsi

servire oportet, jugiter proficias, et
diabolicis et humanis insidiis de-
jensus, et in bonis operibus munitus,
sacerdos secundum cor Jesu effici
merearis

Benedictio . . . Pax . . .

Pro fratribus laicis:

Deus, cui servire regnare est ad-
impleat cor tuum Suae abundantis
gratiae muneribus, ut fortiter in
stadio currens, coelestium virtutum
bravium accipias perenne laborum.

Benedictio . . . Pax . . .

Pro monialibus:

Descendat super te^{vos} gratia copiosa
sponsi coelestis Domini nostri Jesu
Christi, ut saeculo mortua^{ae}, Ipsi soli
vivas^{at is}, et in die judicii virgo^{inos} sapiens^{tes}
invent^{ae}a, coronam gloriae aeternae
consequi merearis. (mereamini)

Benedictio . . . Pax . . .

Pro parentibus:

Deus, qui nos patrem et matrem honorare fecisti, effunde super patrem meum (matrem meam) divitias misericordiae Tuae, qua perpetuam mentis et corporis sanitatem, fidei, spei et caritatis augmentum, consolationem et gaudium Spiritus Sancti, continuam prosperitatem et gloriam aeternae beatitudinis ipsi concedere digneris per Christum Dominum nostrum. A.

Benedictio . . . Pax . . .

Pro benefactoribus:

Retribuat tibi Dominus de abscondito gratiarum Suarum thesauro, ut sis benedictus in opere tuo. Ostendat tibi misericordiam Suam, et invenias gratiam coram oculis Eius, et centuplum accipias et vitam aeternam possideas.

Benedictio . . . Pax . . .

Ld. 7 Jan 2041
2 korp 1000 2 Jan 3064

Pro laicis:

Per impositionem manuum me-
arum et invocationem omnium Sanc-
torum, benedicat te omni benedic-
tione coelesti et terrestri, Omnipo-
tens Deus, Pater et Filius et Spiritus
Sanctus. Amen . . . Pax . . .

vel

Benedicat tibi Dominus et custo-
diat te. Ostendat Dominus faciem
suam tibi et misereatur tui. Conver-
tat Dominus vultum suum ad te et
det tibi pacem.

Num. 6, 24.

Benedictio . . . Pax . . .



Imprim.: St. Gabriel, die 22. martii 1932.

P. Jac. Koch, libr. cens. 3213